

2. Intentionales

1. *Oratoria*, Anchinea directe persuadendi.

2. *Poësis*, Anchinea repræsentative persuadendi.

3. Orationales

1. *Steganographia*, Anchinea occultè scribendi.

2. *Tachygraphia*, Anchinea citò multa scribendi.

3. *Locutoria*, Anchinea nudè sermocinandi.

SUMMA

§. 7. Atque hic est naturalis Disciplinarum Ordo, duabus præcipuis clasibus exhibitus, quarum prior velut Extraordinaria *Theologiam supernaturalem* in certa Capita Pietatis, & Articulos fidei, tanquam in distinctas Disciplinas particulares, quas Locos Theologicos dicimus, distributam completitur: posterior & ordinaria *Theologiam naturalem*, h. e. Philosophiam tradit, & distinctis membris, potissimum verò septem partibus tanquam *septem Sapientie columnis* innixam exhibet, ut ex præmissis videre est. Sed ut in Theologia supernaturali Capita Pietatis omnia quàm arctissimè cohærent, nec ultima prioribus omisissis perfectè cognosci possunt; ita in Theologia naturali, h. e. in Philosophia omnes disciplinae arctissimo fœdere copulatæ sunt, adeò ut posteriores absque prioribus apprehendi perfectè nequaquam possint: esto quod disciplinarum q̄s. collateralium altera ad alterius cognitionem tantum momenti non conferat, quantum superiores inferioribus h. e. sibi subordinatis præstant. Quæ autem disciplinae sibi mutuò collaterales, quæve subordinatæ sint, ex hætenus declaratis obscurum esse non potest, sed ex ipsis disciplinis Euclideanâ methodo conscriptis, aut, si DEUS vires & vitam concesserit, porro conscribendis, adhuc clariùs, ut opinor, hoc intelligere licet, aut licebit.

CAPIT. XI.

De Disciplinarum Professionibus.

§. I.

QVamvis autem ut Theologum tota Theologia, ita Philosophum tota Philosophia, non una saltem aut altera pars, perfectè constituat; quia tamen amplissimus utrobi-

Professores,  
aut singuli  
singulae di-  
sciplinas,

Ii

quæ